

328

Codd. CXLI. et CXLII. n. s.

Cod. CXLI.

Chartar: 4. Locc: 14.

Comentarius
in epistolas.

Commentarius in epistolas a dominica Paschatis usque ad ultimam Pentecostes. Compacturae manus coeva adscripsit: "Expositio Epistolarum pars festiva." In titulo est: "Carpurgate vetus fermentum etc. Quia domino largiente!" An unius, et cuius sit authoris difficile est dicta; litterarum enim character varius, et quae post codicis medium occurrunt, unde quae ex plurimorum authorum commentariis videntur corrasa. Ad oram inferiorem saepius deprehenditur nota annorum 1393 & 95. apposita festis v.g. S. Martini. Caelat: S. crucis etc. quibusvis nis procul dubio, dum ad populum diceret, hoc commentario fuerat usus.

Cod. CXLII.

Chartar: 4. Locc: 15.

S. Bernardi
Stimulus amoris.

1a-37b

Stimulus amoris S. Bernardi. In codice nostro S. Bernardus tribuitur; inscriptio enim est: "Inscripsit stimulus amoris S. Bernardi;" sed perperam. Habetur quidem inter opera S. Bernardi edit: Mabill: Sanj: fol: 1719. Vol: II. p: 662. Sermo de vita, et pass: Domini, qui sub titulo: Stimulus amoris S. Anselmi a Trithemio, Bellarmino, et alii

A.
7. 1.

Henr: a

A.
7. 2.Tracta
sacram
de offi
dota

38a-

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 329.

Cod. CXLII. n. 2.

329

is adscribitur; verum hoc longe diversum
 a nostro est opus, ut conferenti patebit.
 Stimulus noster amoris iuxta praefationem
 quae incipit: Liber iste qui stimulus amoris
 "in dulcissimum", tribus constat partibus, qua-
 rum prima incipit: "currite gentes uadite"
 et typis impressus legitur inter opp. S. Thomae
 aventurae / Lugd. 1668 Fol. / T. 7. p. 192.
 Verum nec huic tuto adjudicari potest, se-
 neditus enim a Cavalerio in Prodroso ad
 opp. S. Bonaventurae col. 403 supposititium
 habet, et compilationem esse autumat F. Hen-
 rici de Balma Ord. Min. Vide etiam, quae
 idem in eodem prodroso ex Gersono adfert
 col. 229.

Henr. de Balma

2.

Tractatus de
 sacramentis, seu
 de officio sacer-
 dotis.

Tractatus de Septem Sacramentis. Titulus
 est: "incipit tractatulus parvus pro infor-
 matione simplicium sacerdotum de Septem
 sacramentis". In praefatione, quae inci-
 pit: Quoniam officii sacerdotalis exerci-
titium, se atturam author ait de divinorum
officiorum celebratione, de sacramentorum
collatione, et de populi catholici instructio-
ne, quibus totum opusculum absolvitur.
 Prima partis verba initialia sunt: "Septem
 sunt itaque hoc canonice". Idem est opus,
 quod Kropffius exhibet in Bibl. Mellic. p. 61.
 et Quetif inter supposititia S. Thomae collocat.

38a - 60a

330.

Cod. CXLII. n. 3-5.

Coelat in edit: opp: S. Thomae Aquin: Paris:
Fol: 1660. T. 20. p: 373, multis tamen saltem quod
ad verba mutatis.

Tractatus de de-
cem praeceptis.

60b-64a

3
Tractatus de decem praeceptis. Initium est:
"Si vis vitam ingredi serva mandata Mt. xix
Notandum ergo, quod x sunt etc. Cuius praecep-
to annexa sunt interrogationes poenitentia-
rum proponenda. Totum compilatio est dictorum
seu Sententiarum S. Patrum de his praeceptis.

Glosa de orati-
one dominica.

64a-67b

4
Glosa de oratione dominica. Rubrica prae-
missa est: "Sequitur nunc modicum de oratio-
ne dominica. Initium est: "Thomas de Ag.
"dicit Pater non Dominus" Nil aliud conti-
net quam congestas S. Patrum sententias
de septem petitionibus orationis dominicae.
In fine additur: "Explicit glosa super domi-
nica oratione satis pulchra."

De interrogatio-
nibus confessionis
et oratione:

67b-79b

5
De interrogationibus confessionum in poeni-
tentes faciendis, tam conjugatos, quam solus-
tos; item modicum de Baptismo, modicum de
forma corporis, et sanguinis, et consecra-
tionis; modicum de indulgentiarum partici-
patione, et de octo turpitudinibus
conjugatorum. Haec omnia breviter ita
expediuntur, ut privati notaminibus a
quodam animarum curatore congestissimi,
sua videantur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 331.

Cod. CXLII. n. 6.

331.

Liber contra
Iudeos.In libris Regum
nil tale legitur.

792-1012

C

Liber contra Iudeos. In praefatione, qua post brevem capitulorum elenchum incipit. "Legitur in libro Regum quod rex assyrenus (Sennacherib) Acha Regina Vavili elegit hester et dicit author in praesenti opere dialogum exhiberi iudeum inter et Christianum. Una, ait, persona hic loci iudei sive heretici, qui autem nihil aliud sentit, nisi grossa. Alia est persona clericus Christianus et fidelis heresibus resistens per subtiliora. Intitulatur autem iste liber, liber contra iudeos, quia agit contra eos etc. Caput primum agit de Trinitate, et incipit. "Iudeus autem dicit vos Christiani etc. Huius librum excipit alius ejusdem argumenti, qui inscribitur. "Incipit alius libellus intulatus contra iudeos", ac ejus praefatio incipit: "Paulus per enim transiens vesperi verba sapientum." Coeterum cum opere priori maximam partem convenit, ejusdemque videtur esse authoris mihi adhuc ignoti.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 332.

332.

Cod. CXLII. n. 7. 8.

7

Tractatus de
7 sacramentis.
1012-1152

Tractatus de septem sacramentis. Praefatio bre-
vis incipit: "Ad evidenciam sacramentorum
nove legis." Caput primum inscribitur: "Sap-
ientia valet contra peccatum originale"
ejusque verba initialia sunt: "Amanta-
nus autem approprians vulnerato." Ad
calcem additus est elenchus capitulorum.

8

S. Bernardi
Soliloquium.
1152-1272

Soliloquium S. Bernardi. Titulus est: "In-
cipit Soliloquium S. Bernardi abbatis, et
primo de consideratione quid sit homo in
se ipso." Opus ipsum incipit: "Multi mul-
ta sciunt, sed se ipsos nesciunt." Satis
notum est, sed cuiquam tribuendum sit ad
huc incertum. Citat inter opera Hugo-
nis de S. Victore, Mogunt: 1817 fol. P. E.
p. 87. Legg: ubi liber primus de anima dici-
tur. At ipse editor Thomas Garzonius
de Bagnacaballo fatetur hunc librum et
in nonnullis Codicibus S. Bernardo adin-
bi, et a phrasi Hugonis discrepare. Re-
peritur quoque inter opera S. Bernardi Par.
1917 fol. Curante Mabillonio T. 5. col. 352 sub
titulo: Meditationes piissime de cogniti-
one humanae conditionis, sed a viro docto
inter Bernardo aliena rejectam et rationis
abus certe non commendis, imo de de Hu-
gone auctore dicit: Quarquam nec illig-
esse videantur. Cujusmodi igitur sit, per-

S. Bern
stus Pat

1272-

S. Bern
gradis
alises

1302-

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 333.

Cod. CXLII. n. 9. 30.

333.

parentis, id certum est codice nostro et
in numero capitulorum a praefatis editionibus
differre, et ultimum de gaudio aeterno in il-
lis desiderari. Additus est in calce capi-
tum elexius, quem excipiunt nonnulli versus
de sacrificio missae, et alia notata de virtu-
tibus.

L

Exempla de vi-
tibus Patrum.

1274-1302

Exempla de vitis Patrum. Inscriptio est: "In-
cipiant quedam exempla de vitis patrum";
initium: "Quidam Senex habebat a cella
sua aquam." Sunt narrationes per breves ce-
citibus veterum anachoretarum, aliorumque
defunctorum, maximam partem nullam fidem
merentes.

TO

S. Bernardi de 4
gradibus spiritu-
alis exercitii.

1306-1320

S. Bernardi Tractatus de quatuor gradibus
spiritualis exercitii. Rubrica praemittitur
haec: "Incipit nunc consequenter alius tractatus
beati Bernardi de quatuor gradibus
spiritualis exercitii." Octo absolvitur capi-
tulis, quorum primum hos gradus defini-
bens incipit: "Cum die quadam corporali
manuum labore occupatus." Reperi hoc opu-
sculum in edit: opp. S. Augustini Paris.
Fol: 188; T. 6. in append: pag 183. sub ti-
tulo: Scala paradisi. Etiam interope-
ra S. Bernardi Appoititia curante Ma-
billonio, Vol. 2. T. 4. p. 324. sub titulo:
Scala claustralium, sive tractatus de modo
orandi, ubi doctus hic editor sequentia pra-
efatur: "In codice ms. Cartusie Colonienfis
Guigoni, an Cartusie majoris Priori quinto se-
culi."

334.

Cod. CXLII. n. 51.

" truitur. Calat aliud ejusdem argumenti opuscu-
 " lum apud Chiffletiam in Manuali Solitario
 " de quadruplici exercitio cello, sub nomine alterius
 " Guigonis ad Priorem et Cartusienfes Witehamer-
 " fas: ubi quatuor cello exercitia explicantur,
 " tria quidem prima eadem que hic, nempe lectio,
 " meditatio, oratio; sed quartum, actio pro contem-
 " platione, que praefertur in hoc tractatu, cujus
 " inscriptio sic se habet in codice Colonienfi.
 " Hac Mabillonius. Praesens itaque tractatusque
 " in predictis editionibus epistola Guigonis ad
 " Genasium fratrem praet, passim ad eruditos
 " Guigoni Cartusia majoris Priori, qui obiit
 " anno 1188, adjudicatur. In codice autem
 " nostro haec epistola, uti et maxima pars ea-
 " rum octavi, et sequentium desiderantur.

Guigo Cartusius

11.
 ~~~~~

Liber de dictis  
 et doctrina S.

133a-149a

Liber de dictis, et doctrina Sanctorum. Ti-  
 " tulus, qui simul vices praefati univula subit,  
 " est: " Incipit pius libellus, in quo de dic-  
 " tis Sanctorum et doctrina et maxime sancti  
 " thome recollecta sunt quaedam communia  
 " et grossa pro novis predicantibus et fratri-  
 " bus simplicibus quorum capacitas se non ex-  
 " tendit ad subtilia et majora que etiam  
 " sive et habere necessarium valde est, et  
 " in promptu tenere cum sint quasi rudimen-  
 " ta theologie et frequenter occurrant, et  
 " seculares de his plures faciant questiones.  
 " Sumitur autem principium a gratia, quod al-  
 " iis esse spirituale etc. Totum constat capitibus

Bern-  
 tatus d  
 137e Ch  
 1496

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 335.

Cod. CXLII. n. 12.

335<sup>4</sup>

24, quorum primum agit de gratia, et incipit: "Gratia dicitur uno modo bona voluntas". In hoc opusculo continentur non tantum theologica & moralia, sed etiam historica, chronologica, geographica etc: ut ex praefixo capitum elenco conspicere licet. Cuius hujus compilationis auctor vit, mihi adhuc ignotum.

17.

Bernardi Tractatus de corpore Christi.

1496-1528

Tractatus S. Bernardi de corpore Christi. Inscriptionem praefert: "Incipit tractatus beati Bernardi de corpore Christi; operisque initium est: "Pater sanctissime petre audi quid loquatur dominus." Verum inter opera S. Bernardi, quae edidit tam genuina, quam spuria Mabillonius, frustra quaeritur; his itaque, an illis adnumerandus sit, meum non est decidere. Estat idem tractatus ms. in cō, dice **XCVI**. n. 6. sed mutilus. In fine addidit librarius: "Finivi hunc tractatum cum magno tedio quia exemplare incorrectum habui. ideo subicit se correccioni."

336.

Cod. CXLII. n. 53.

13

Testamenta XII  
Patriarcharum  
Roberti Lincoln.

154a-187a

Testamenta XI. Patriarcharum a Roberto Lin.  
colniensi Episcopo ex graeco in latinum transla-  
ta. Titulus praemittitur sequens: "Incipiunt  
Testamenta duodecim Patriarcharum trans-  
lata de greco in latinum per dominum Gy-  
monensem Episcopum Testamentum primum Ru-  
ben de his que in mundo habuit de cavenda  
fornicatione". Operis ipsius initium est: "Trans-  
scriptum Ruben quaecumque mandavit filius  
suis priusquam moreretur, in centesimo. XXV.  
anno vite ipsius, post annos duos mortis Josephi  
etc. Opus istud saepius prolo submissum ele-  
gantissime prodit cura Cnesti Graeci T. I. spi-  
cil: S. Latrum una cum textu graeco, et an-  
notationibus, quam editionem repetit Fabri-  
cius in codice Pseudepigrapho V. T. II pag.  
496 legg. Caveus script: eccl: p. 57 hanc de-  
cofert censuram: "Liber sane ineptus non  
vacat, plurimis tamen ethicis praecipis-  
iisque melioris quidem nota passim refertus  
In eo singuli ex duodecim Jacobi filii jam-  
jam morituri, ad adstantem progeniem de  
virtutis alicujus studio, vel vitii fuga verba  
facere finguntur, ac istiusmodi praecipita ne-  
potibus suis Testamenti vice delegant. De  
authore, ejusque aetate inter eruditos non-  
dum satis constat. Ante Origenem flom-  
ense certum est, a quo citatur in homilia  
in Josuam circa finem. Unde Caveus l. c.  
haec testimonia saeculo II exeunte, Dodwellus  
vero in litteris ad Grabeum datis saeculo I  
condita esse coniecit, quia stilus plane est  
hellenisticus, qualis inter ipsa saeculi II initia  
in usu esse desit. Ambo autem in eo conver-

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 337.

Cod. CXLII. n. 13.

337

, niunt, Judeum quendam ad Christianam fidem  
 conversum eorum authorem fuisse, quia in  
 iis talia de Messia, et novi testamenti statu  
 leguntur, quae notitiam Judaeorum longe ex-  
 cedunt. Graebus autem in praefatione  
 ad suam editionem evincere conatur testa-  
 menta praedicta primum idiomate haebes a  
 Judaeo ante Christum natum litteris confi-  
 gnata, posthaec autem a Christiano hinc  
 inde interpolata esse. Qui vertent in  
 graecum non liquet; codici enim Ms. 12. 75.  
 Bibl. Bodlej. qui S. Joannem Chrysostomum  
 translatores nominat laudis habenda  
 est, utpote suffragantibus aliorum testimo-  
 niis omni ex parte desitatis. Certus est  
 autem author versionis latinae, nempe Ro-  
 bertus Groothead, Anglus, Episcopus Lin-  
 colniensis, qui eam anno 1242 adornavit,  
 adjuvante magistro Nicolao Graeco, Cle-  
 rico Abbatis Albani, ut ait Nathaew Pa-  
 ris, ad A. C. 1242. p. 594.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 338.

338.

Cod. CXLII. n. 14. 15.

S. Bernardi Tract.  
de Conscientia.

187b-180a

14.

S. Bernardi Tractatus de conscientia. Publica est. Incipit tractatus de conscientia beati Bernardi Abbatis. Initium: Conscientia in qua anima perpetuo est mansura. Citat hoc opus inter opp. S. Bernardi cur. Mabill. V. 2. T. 5. p. 349 sub titulo: de Sono interiori, seu conscientia edificanda; item inter opp. Hugonis de S. Victor. E. p. 112. ubi librum tertium de anima constituit. In codice autem nostro a capite usque ad calcem mutilam exhibetur; deest enim prologus, et de reliquis capitibus non nisi unum alterumve legitur excerptum. Mabillonius S. C. illud tribuit cuidam monacho Cisterciensi, Bernando aequali.

Varia.

191a-219a

15.

Qua hoc numero continentur notamina esse videntur cuiusdam alumni Ord. S. Mir. ad usum privatum saeculo 15. congesta, tanquam brevia sunt, et diversa, ut inscriptioni brevitate haud digna iudicem, sufficiat igitur singulorum capitum praecipuas tetigit inscriptiones. Sunt autem sequentes: Regulae observanda in absolutione ab excommunicationis vinculo; aliae regulae, et statuta que spectant ad Primatos Provinciae Romanae Regentes; varii casus morales Sanae, vel Episcopis reservati; forma absolutionis, in qua

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 339.

33

Cod. CXLIII. n. 1. 2.

339.

Gregorii XII mentio fit i Catracta de decre-  
italibus; De decretorum materia, et alio  
quinum; De executione remissionis in qual-  
icunque causa ad partes decreta; demum do-  
umenta ad vitandam irregularitatem

# Cod. CXLIII.

Chartac: 4. Locc: 13.

A

73.

1.

Joannis de Fonte  
Compendium li-  
bri i Sententis

de exponit

in Schilf

1a-496

Joannis de Fonte compendium libri i sen-  
tentiarum. Brevis prolocutio incipit: Ad  
preces studentium dum essem lector presulano  
et ut fratres pauperes sub compendio sen-  
tentiarum haberent librorum sententiarum or-  
dinis minorum fratrum per modum compen-  
dii sententiarum distinctionum questionum  
et ab eisdem voluminis recollecti et primopri-  
mi libri. Subdens communiter in quibus ma-  
gister a doctoribus non tenetur. Operis  
initium est: Veteris ac nove legis etc. Di-  
stinctio prima decem habet conclusiones.  
Authorem hujus compendii esse Joannem  
de Fonte Ord. Minor. dicetur infra in Co-  
dice CXCI. n. 2.

2

Vocabularius  
seu speculum  
juris.

85a-143a

Vocabularius, seu speculum juris; utrumque  
enim nomen praefert. Rubrica praefixa est:  
"Inceptio vocabularij juris canonici." In cal-  
ce vero legitur: "Explicit utriusque juris lucidifi-

Cal-...

Hor...

de Schilf

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: [manuscripta.at](https://manuscripta.at) -  
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: [manuscripta.at/?ID=27479](https://manuscripta.at/?ID=27479)

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)